



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 106. Seditio Pisanorum contra Florentinos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. CVI.

Secul. XV.
A. C. 1494.*Seditio Pisanorum contra Florentinos.*

Percepto Sanseverinatis consilio Pisani hac super re consultationem habebant, cumque nonnisi recuperata libertate, ea, quæ secreto agitabantur, aperienda essent, omnium sententiæ eo decurrebant, prendendam esse occasionem haud ullo amplius tempore magis propitiam; Ergo Rege urbem intrante, ac pro re divina templum accedente, populus una voce clamabat: *Libertas! Libertas!* statimque Rabotus, qui in Delphinatensi Senatu Consiliarius erat, ac tunc ante Regem incedebat, pro Pisanis perorabat, atque libertatem a Pisanis efflagitari, Regi exposuit, eoquod nulla hucusque natio præter Pisanam magis dura servitute a Florentinis fuisset oppressa. Rex civium lacrimis commotus, petentium votis plene concessit, immemor, inquit Comminæus, nullum sibi in hanc urbem jus competere, ac nonnisi amicitiae, ac obsequii nomine ad illam admissum fuisse, eo fine, ut magis expeditam transeundi copiam nancisceretur. Nihilominus Pisani comperta Regis indulgentia, vociferari: *Natalis! Natalis!* turmatim ad pontem currere, & leonis simulacrum deji-

deji-

Sæcul. XV.
A. C. 1494. de jicere, quod sub lani columnæ marmo-
reæ innixum Florentini Dominatus in-
dicium erat. Hanc ergo sublatam in flu-
men projiciunt, illique equestrem substi-
tuunt statuam, quæ Galliarum Regis gla-
dium manu gestantis, ac sub equi sui pe-
dibus leonem prementis effigiem exhibe-
bat. Ast Regem nimix facilitatis suæ
poenitentiam subiisse videtur, eoquod
Portum - firmum munitissimam Pifano-
rum arcem præfidiis suis munitam tenuis-
set, & Magistratus, quos Florentini ibi-
dem instituerant, confirmasset, dato illis
etiam negotio, ut regiminis forma nihil
immutata, pro more jurisdictionem suam
exercerent.

§. CVII.

*Contentio Ludovici de Serefanello, &
Petrasancta arcibus.*

Sub idem tempus Ludovicus a Carolo
Rege in jure status Genuensis confir-
mabatur, iisdem omnino conditionibus,
sub quibus Galeatius ejus frater olim in-
auguratus erat. His Ludovicus minime
contentus, porrecto prolixiore libello Se-
refanellum, & Petrasanctam sibi reddi,
Regem exorat, eoquod ambæ arces a-
vito jure Genuensium dominio subditæ,
a Florentinis, ut exponebat ipse, usurpa-
tæ fuissent. Ast Carolus eas restitui ne-
gabat,